



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Opvs De Iudiciis Divinis, Qvae Devs In Hoc Mvndo Exercet

Accessit index concionatorius in omnes totius anni dies Dominicos &
Festos, ab ipso Auctore confectus

Stengel, Georg

Ingolstadii, 1651

10. Iudæi clamantes: Crucifige, crucifigi.

urn:nbn:de:hbz:466:1-45699

facere debuerunt; adeo ut Titus fratris sui Domitiani Natali die 24. Octobr. Anno Christi 73. Cæsarea in spectaculum produxerit tantam multitudinem, ut ultra duo millia & quingenta Iudæorum fuerint occisa. *I nunc & verbis, virtutem illud superbis, I, & dic, sanguis eius super nos, & super filios nostros.* I, Iude cum Deo; qui ait, *se quoque in interitum tuo visurum.*

Matth. 27. 25.
Prou. 1. 26.

8. Iudæi Christum sapius veste exutum inuerecundè nudauerunt, exposuerunt oculis irrisorum, virgis, flagris miserandum in modum ceciderunt. Ut par pari referretur, etiam ipsi, in hac obsidione, à tyrannis in vrbe, & famelicis prædonibus sunt spoliati, profugi autem ex vrbe, vestibus, pecunijs, vita exuti. Quia Syri & Arabes in militiam adlecti, in discissis ventribus eorum pecuniam quæsiuerunt. Et quidem vna nocte duo millia Iudæorum laniata sunt ad hunc modum, in quorum fugitiuorum visceribus aurum quærebatur. Et plures fuissent ad hunc modum martiri, ni Titus id mandato prohibuisset. *In qua mensura mensi fueritis, remetietur vobis.* Virgineum corpus deuadalis, vestibus ac vita exuendi fuistis & ipsi, qui pudorem dudum exuistis.

IX.

9. Clamor Iudæorum ante Pilatum factus ad cælum ascendit. Quid enim clamarunt? *Crucifige, crucifige eum. Non hunc, sed Barabbam. Sanguis eius super nos, & super filios nostros.* Factum est, quod voluerunt. Nam primò Titus Iudæum captum in crucem agi pro muro iussit, ut eo spectaculo ceteri territi cederent. Cumque ex Iudæis complures quotidie caperentur, saltem quingenti per singulos dies, & interdum plures: eos omnes ante oculos ciuium Titus crucibus suffigi iussit; adeoque multiplicatus est eorum numerus, ut (quod Iosephus ait) *jam spatium crucibus deeret, & corporibus cruces.* Erant hi, qui ex ciuitate, fame urgente, foras egredi coacti sunt, qui dum cibum quærerent, exitum inuenerunt. Crucifixi ex illis ipsi sunt, vel absque dubio illorum filij, qui clamauerunt in Christum: *Crucifigatur, crucifigatur, &: sanguis eius super nos, & super filios nostros.* Viderunt hæc spectacula obsessi è mœnibus & turribus ciuitatis, & tamen non recordati sunt, se ad hoc, Christo crucifigendo obstrinxisse; iamque in quo iudicio iudicauerant, esse iudicatos.

X.

Ioseph. lib. 6.
de bell. c. 7.

Ibid. c. 12.

Matth. 27. 23.

Matth. 7. 9.

10. Iudæi Christo in summa firi fel & acetum porrexerunt;

XI.